


APPLAVSVS VOTIVI
Quibus
Virum Nobilissimum Literatissimum
DN. JOH. DAVID. PHILIPPE
Neo-Hanoviensem,
Cum
Post sedulam in omnigena scientiâ
sacra præprimis Medicinâ
Navatam operam
atque hinc
Inæstimabilem comparatum thesaurum
Ore manuque
Viri Spectatiss. & Celeberrimi
DN. JO. ROD. BVRCARDI
Ord. Gratios. Senior. & p.t. Decan.
Excellentiss.
Tiaram Doctoralem suo merito
capesseret.
D. 21. Decembr. Ann. 1686.
Prosequuntur
Fautores atque Amici.



BASILEÆ,
Literis, JOH. RODOLPHI GENATHII.



I.


Ic bene, qui Medicas didicisti sedulus *Artes*
Nobile Doctoris *Nomen* & *Omen* habes.
Vive diu *Nove Doctor*, spes *Patris* atq; *Medentium*
Delitium, cœptis annuat usque Deus!

Nobiliss. Dn. Candidato, Convictori gratissimo
Honoris e. posuit,

J. JACOBUS HARDERUS Phil. & Med. D.
& P. P. Sereniss. Marchion. Badens.
Med. S. R. J. Acad. Nat. Cur. Pœon
& Patavin. Illustr. Recuperat. Socius.

II.

D*Um tibi se facilem præbet Medicina, tuumq;*
Dignatur lauru nobiliore caput,
Apprecor illius tibi fata, PHILIPPE, Philippi,
Quem Macedo Medicum jusserat esse suum.

Clarissimum Dn. Candidatum
hoc voto prosequitur.

FRIDERICUS SEYLERUS,
Ecclesf. Micropol.

III.

URbibus Helveticis meritò sublimius effert
Clara illustre suum jam Basilæa caput.
Non tantùm bello illustres & fortibus armis,
Sed pariter doctos edit & illa viros.
Nec tot belligeros Trojana effudit ab alvo
Urbis in exitium machina Equina viros.

Quot florens Academia, & simul artibus ampla,
Mortis in exitium fert *Basilæa* viros.
Testis erit novus hic *Doctor* qui prodit ab ejus
Illustri gremio, doctus in arte, suo.
Doctus in arte sua, meritam capit, ille, coronam
Discipulis meritis quam dat *Apollo* suis.
Ut titulis simul & decoratur honoribus amplis,
Sic decorat titulos non minùs ille suos.

Ita hisce αὐτοσχεδιαστικοῖς ἔπεσι virtutem laudatur Clarissimi D. D. Candidati, dignosq; quos ipse dignus, capessit honores gratulabatur.

Scribebam raptissimè
Lausannæ Equestris
IV. Kalendas Novembris
Volventis anni CIↃ. IↃ. LXXXVI.

JOHANNES PETRUS D'APPLES.
Ph. & Med. Doct. Patav. & Academiæ Recuperatorum Socius.

IV.

A*Ccipe, quæ dudum meruisti, præmia, lætus*
AEgris, sintq; Tibi prospera; Fiat ita!

JOH. JACOBI RÜDINI, M.D.

V.

ACcipe, quam doctis circumdat Hygeja corollam
Temporibus, clarâ sertaque texta manu:
Sit Tibi faustus honos, cedant benè cuncta, Tuamque
Mox persentiscat plurimus æger opem.


Candidato Candidatus
J. PHILIPPVS SPECKERUS

VI.

F*Acundus Pater est Verborum præco Jehovæ,*
Filius hic Medicâ Doctor in arte cluis:

Si quo cœpisti pede pergis, Fama per orbem
Nomina cum factis non nisi vestra canet.


JOH. RODOLFUS WETSTENIUS,
SS. Minist. Cand.



VII.

QVam benè conveniant Tua cura, & cura Parentis,
Ecce *Philippe*; velut *Corporis*, ac *Animæ*
Est Patris hæc, ut sit mens sana in corpore sano:
Est Tua, sit mentis corpus amica Domus?
Filius atque Parens juncti sunt, conveniuntque;
Sunt & distincti, sed benè dispositi:
Est prior ipse Parens, mentem curatque priorem;
Corporis at morbum, Filius arte fugat.
Consiliis vestris proporrò adspiret JESUS,
Succedant, multis sintque saluti fera!

JOH. CONRADUS GELTZERUS,
S.S. Minist. Candidatus, Scaphus.



VIII.

Sæpe tenet sacros dudum sibi Phœbus alumnos,
Adque pedes ejus magna caterva sedet.
Sed tandem aßiduæ veniunt sine fine querelæ:
Heu mihi quî periit cura laborq́ meus!
O quanto superas istos discrimine, quanta
Tempore pene brevi non patuêre Tibi?
Non igitur frustra tanto mactaris honore;
Gloria sed meritis debita tanta Tuis.

Pauca hæc Nobilißimo ac Doctißimo Dn. Candidato gratulabundus adposuit

LUDOVICUS LUCIUS,
Screta à Zaverziz Med, Cand.
Scaph. Helv.

IX.

RAuracus augmentum ſtudiis conceſſit Apollo
Largiter, atque hodie digna brabea dabit.
Heu, Te felicem cui ſic favêre medentum
Primates. Pergat Numen adeſſe Tibi.

JOH. JACOBUS MEJERUS,
Med. Cand.. Scaphusâ-Helv.

X.

DAß dein gelehrtes Haubt der Himmel krönt/
Hat dein ohnermüdter Fleiß erobert;
Du wirſt mit newem Ruhm belehnt/
Der deine Gedächtnuß zinobert:
Er laſſe gleichfals dich die Glückes-ſonne ſchawen
Biß auff deim klugen Haupt die Kirchshoff-blumen grawen.

Dieſes wenige ſetzet auß guter Wohlmeynung ſeinem ſehr werthen Freund/ als ſelbiger wegen ſeiner guten Meriten mit der Docors-Krone begabet wurde.

ISAACUS MAISTER, Scaphuſa-Helvetius.

XI.

SIc tua jam virtus fulget, ſic itur ad aſtra,
Sedulitas, ſolers ingeniumq; Tuum
Adperiunt greſſum, quo Tu conſcendis honorum
Culmina ſumma. Meo gratulor ex animo.

Ita accinit.
Nobiliſſimo Dociſſimoq; Domino Candidato, amico ſuo integerrimo
JOH. JACOBUS OSUALDUS M. Cand.
Scaph. Helv.

XII.

Quatrains faits sur le champ.

QUe Bâle soutient bien de son beau Nom l'éclat,
Fournissant de Docteurs la Suisse & l'Allemagne
Dont la Science & l'art, & l'heur qui l'accompagne,
Enguérissant les Corps rend parfait leur état.
Aussi son sein sacré nous produit ce Docteur
Qui grand conservateur dela science pure
Conservera les loix de la sage nature,
En faisant admirer par son art son Autheur.
Et les cures aussi qu'il fera de sa main,
Le feront admirer comē autant de miracles:
Ainsi que ses discours passeront pour oracles
Alors qu'il parlera des maux du corps humain.

PAUL ARTHAUD, Mc. Chirurgien, & Anatomiste.

XIII.

Ὅς ζητεῖ Δημήτερος ὤρια ἀγροιώτης
Ἔργα κομίζεσθαι, ἀπὸ κόλπου χεῖρας ἀεργοὺς
Οὐκ ἔχει, οὐδὲ κακὸς δ' ἐσσεῖται ἀμβολιεργός·
Ἀλλὰ πολυτλήτους τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας,
Θυμὸν ἔχει ἐπὶ ἔργῳ, καὶ δὲ καίρῳ ἐν ὥρῃ
Πρωῒ μάλα σπεύδων, βάλλει ἐπὶ βουσὶν ἄροτρον.
Κόπρῳ γήθουσιν τ' ἀρόων πολέει χθόνα δῖαν,
Σπέρματα δ' ἀσσάμενος καὶ ἐπισπορέλλων ἀλεείνει.
Ὥρῃ ἐν ἀμητοῦ δέ τε γηθόσυνος φρεσὶν ᾖσι,
Σπεύδει λαιοτομεῖν. τάδε καὶ λέγει ἡδὺ γελάσσας,

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα καὶ κροκόεντα
Οἴκαδε καρπὸν ἀγείρει, τοῦ καὶ πλήθει ἀλωήν·
Ὥς μάκαρ, εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος ἐσσὶ ΦΙΛΙΠΠΕ
Ἀγλαὲ, κυδαλίμου δ' ἀμᾶς καμάτου χαρίεντα
Καρπὸν. τῷ αἰεὶ κλέος ἔσσεται οὐρανόμηκες·
Ἄγρει νῦν δ' ἀπάλαλκε νόσους μογεροῖσι βροτοῖσι
Ἔργα φερέσβια Παίωνος πολυφαρμάκου εἰδώς.
Ἐσθλὰ δὲ πάντα ΘΕΟΣ δῴη ΣΟΙ μειλιχόθυμος.

θ.

SAMUEL BATTIER,
φιλίατρ.

F I N I S.

